UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

26

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

antiſtites Mellitum & Iuſtum ordinauit, quibus etiam pro ſua benignitate poſſeſſiones neceſſarias aſſignauit. Poſt quę vir ſanctus plenus dierum bonorumque operum lætus ex carcere corporis huius ad cælos migrauit. Cuius corpus in Eccleſia monaſterij ab eo ædificati beatis Apoſtolis Petro & Paulo ſacra ſepultum eſt.

Obitus viri ſancti.

In lib. de viris Illuſtrib.

VITA B. QVADRATI ATHENIENSIS Epiſcopi, Apoſtolorum Diſcipuli, per D. Hieronymum presbyterum ſcripta.

26. Maij.

QVadratus Apoſtolorum Diſcipulus, Publio Athenarum epiſcopo ob Chriſti fidem martyrio coronato, in locum eius ſubſtituitur, & Eccleſiam grandi terrore diſperſam, fide & induſtria ſua congregat. Cumque Hadrianus Athenis exegiſſet hyemem, inuiſens Eleuſinem, & omnibus penè Græciæ ſacris initiatus dediſſet occaſionem his, qui Chriſtianos oderant abſque præcepto Imperatoris vexare credentib. porrexit ei librum pro religione noſtra compoſitum, valdè vtilem, plenumque rationis & fidei & Apoſtolica doctrina dignum: in quo & antiquitatem ſuæ ętatis oſtendens, ait plurimos à ſe viſos, qui ſub Domino varijs in Iudæa oppreſſi calamitatibus ſanati fuerant, & qui à mortuis reſurrexerant.

Liber à S. Quadrato compoſitus

VITA S. BEDAE PRESBYTERI Anglici ex Trithemio Abbate, Lib. 3. cap. 155. De Viris Illuſtribus. Sigebertus eum obijſſe ſcribit anno Dom. 731. Trithemius vero 33. anno ætatis ſuæ 72. ſub Leone Imp. Conſule Baronium in notat hoc die,

Beda

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN